Hinc reuertendum huiusce arbitror ut ea quæ ad flumine acta pugnadamus quæ adhuc libro nullo possimus uerisimilitudine exequi docebimus priorum exempla imitantes. Alexandro indiam uastante quum pontis causa occupatus esset castra inter utramque ripam id aspis flumine disposita sunt: latus hic erat stadiis quatuor altus uadis numq̃ repertus. Alexander Attalum quendam sibi simillimum castra seruare uestitu regio indutum: ipse cum parte equitatus aliquantum progressus: dum dempsa caligo diem subtexisset: in ulteriorem ripam transuectus. Ancipiti prelio diu fatigatus est: donec pectinibus elephantorum securibus succisis agmina perturbata sunt. Cesar haud dissimili ratione usus est. Nam quum flumine ab hoste impediretur e regione illis castra ponentibus nactus unam ex pontibus quos illi resciderant: syluestri loco subsistit. Postero die ocias copias longo agmine premittens: ipse cum duabus legionibus paulum per moratus transit ponteq; refecto legiones traduxit loco idoneo castris delecto. Reliquas copias reuocauit: labienus unus ex ducibus eius noctu opportunitatem quæsiuit: is quum hostes adueso flumine sequane consedisset transitum prohibentes: nactus aliquantas naues singulas gubernantibus lymnis eam conquisiit: quas magno sonitu remorum in eandem partem misit hostes suspicati nostros tribus locis transire ipsi quoq; in tres partes suas copias diuiserunt. Labienus ad naues contendens tres legiones traduxit acie instructa: quum eorum hostium partem disiapasset: ne eius fugam arripuerit. Ut pons aliquando uni hostis non urget plu ribus nauibus tabulato constratis: plurimum interdum equi flumini opponuntur ad uarium impetum excipiendum: quo eorum modo et